XV. Si autem [8] laicus habens uxorem suam et cum alterius uxore uel uirgine fornicauerit [9], v annos peniteat, iii [10] ex his in pane et aqùa.

XVI. Si quis clericus uel cuiuslibet superioris gradus qui uxorem habuit et post conuersionem uel honorem iterum eam cognouerit [11], sciat se adulterium comisisse; idcirco, si diaconus est, v annos peniteat, ii ex his in pane et aqua. Sacerdos, vii [12], iii ex his in pane et aqua.

Canon calcidonense [13], era xiiii.

XVII. Si quis uirginem [14] uel uiduam raptus fuerit, iii annos peniteat cum [15] pane et aqua.

XVIII. Si quis fornicauerit cum sanctemoniale uel Deo dicata, sicut superiori sententia unusquisque iuxta ordinem suum peniteat.

XVIIII. Si quis fornicuaerit cùm uidua patris sui aut uidua barbani sui aut cum germana sua aut cognata sua, aut pater turpitùdinem filii sui reuelauerit, aut cum filiastra sua, x annos peniteat, peregrinus peniteat, ii ex his in pane et aqua; et si peregrinare non potest, pro uno anno det solidos xii, si laicùs est tondatur et dimittat omne liberum.

Canon ancyrano, era xv.

XX. Si quis cum animalibus peccauerit [16] qui [17] amplius quam xx annorum fuerit, xv annos peniteat. Et si mulierem habet et hoc fecerit, peniteat annos xxv; et si clericus est, cum quadrupedia peccauerit [18], ii annos

[1] fornicatione] sicut sodomite fecerunt *add V.*
[2] cum uxore... sponsam] uxorem alterius *V.*
[3] ex his *om V.*
[4] i *om V.*
[5] ex his *om V.*
[6] Subdiaconus ... et aqua *om V.*
[7] xviii] xviiii *V.*
[8] autem] quis *V.*
[9] fornicaverit] fornicatus fuerit *V.*
[10] iii ex his] ii *V.*
[11] cognoverit ] agnoverit *V.*
[12] vii] ex his *add V.*
[13] Calcidonense] Calcedoni *V.*
[14] virginem uel viduam] viduam uel virginem *V.*
[15] cum] in *V.*
[16] peccauerit] fornicauerit *V.*
[17] qui] quando *V.*
[18] peccauerit] fornicauerit *V.*

peniteat cum [19] pane et aqua [20]. Sacerdos, v, III ex his in pane et aqua. Si quis cum matre uel sorore fornicauerit, XV annos peniteat et numquam mittet [21] nisi dominicis diebus. Si [22] quis cum consobrina fornicauerit, VII annos peniteat.

XXI. Si quis intrat ad ancillam suam, si genuerit ex ea [23] liberet eam et annum peniteat.

CANON NOUECESARIENSIS [24], ERA V.

XXII. Si quis concupiscit fornicari et non potuit, III XLmas peniteat et qui per [25] turpiloquio uel aspectu quoinquinatus est, tamen non [26] uoluit fornicare XL diebus peniteat. Si autem inpugnatione cogitationis uiolenter inquinatus est, VII diebus peniteat [27].

XXIII. Si quis concupiscit mulierem et non potest peccare cum illa aut non uult eum mulier suscipere, annum integrum [28] peniteat.

CANON ANCIRANO, ERA XX.

XXIIII. Si quis de [29] mulieribus que fornicantur occiderit qui nascitur, aut auortiuum facere festinant, X annos peniteat.

XXV. Si mulier cum [30] muliere fornicauerit, aut sola cum seipsa coitum habet, III annos peniteat.

XXVI. Si quis propter concupiscenciam uel libidinem per [31] ipsum fornicauerit, annum integrum peniteat.

XXVII. Si quis [32] pueri paruuli ante uicesimum annum se inuicem manibus quoinquinauerint XX dies peniteat; si frequenter faciant, aut si intra [33] ipsa etate inter femorea fornicauerit I. anno peniteat.

XXVIII. Si quis mechatur labiis, quatuor annis peniteat. Si uero in femoribus, II annos peniteat.

XXVIIII. Si qua mulier aborsum fecerit uolumptarie, III [34] annos peniteat cum [35] pane et aqua.

XXX. Si uir nupserit cum uxore [36] retro, XL diebus peniteat primum, aut si integra [37] nupta fecerit, sic peniteat quomodo de animantibus. Terga, id est, posteriora.

XXXI. Si qua mulier, dum menstrua patitur prohiberi ab ecclesia non deberi [38] quia naturae superfluitas in culpa non reputabitur. Si [39] autem

19 cum] in *V.*
20 aqua] Si *add V.*
21 mittet] mutet *V.*
22 Si quis ... peniteat *om V.*
23 ea ... peniteat] ea filium liberat sit et annum I peniteat *V.*
24 Nouecesariensis] Neocesariensis *V.*
25 per turpiloquio] turpitactu uel colloquio *V.*
26 non uoluit] noluit *V.*
27 peniteat] Canon Neocesariense hera IIII *add V.*
28 integrum] I *V.*
29 de mulieribus ... peniteat] cum mulieribus fornicauerit et occiderit quod nascetur aut aborsum facere festinat xx ann. peniteat *V.*
30 cum] alia *add V.*
31 per] se *add V.*
32 quis] qui *V.*
33 intra] in *V.*
34 III] III *V.*
35 cum] in *V.*
36 uxore suo] muliere sua *V.*
37 integra] in terga *V.*
38 deberi] debet *V.*
39 autem ... proibere] sacram autem communionem in hisdem diebus percipere non debet *V.*

comunione in his diebus uult percipere non debet proibere. Si autem ex veneratione magna percipere non praesumit laudanda est et si percipere non est iudicanda.

XXXII. Si quis cogerit [40] uxore sua post partum ante XL dies, XX dies peniteat.

XXXIII. Si quis post illusionem nocturnam corpus Domini ualeat accipere uel sacerdos sacra ministeria celebrare, ista illusio aliquando ex crapula aut ex naturae superfluitate, aliquando ex necessitate uel infirmitate uenerit. Haec illusio non est timenda que per infirmitatem contigit. Que uero ultra modum per appetitum gule rapitur [41], idcirco humorum receptacula grauantur, habet ex inde animus aliquid [42] reatum. Tamen a perceptione sacri misterii uel missarum sollemnia celebrandi prohibere non debet. Et cum fortasse aut festus dies exigit aut sacerdos deest, ipsa necessitas conpellit. Nam si sunt [43] aliquis qui ministerium [44] adimplere ualeant, ab imolatione sacri ministerii [45], ut arbitror, abstinere humiliter debet.

XXXIIII. Si quis in somnis uoluntate pollutus est, surgat et cantet genua [46] flectendo psalmos VIII. In crastino cum pane et aqua uiuat aut cantet genua flectendo psalmos XXX. Et si pollutus sine uoluntate cantet psalmos XV [47]. Qui semen dormiens in ecclesia fuderit, III dies peniteat [48] peccans non pollutus, XXIIII [49] psalmos canat.

XXXV. Si quis [50] mulierem suam menstruo tempore cogerit, XL diebus peniteat; similiter mulier peniteat coit [51] miscitur.

XXXVI. Si [52] uir diligens feminam inscius alicuius mali propter [53] sermonem, XL diebus peniteat. Osculatus autem ea [54] et amplexatus III, XL peniteat, diligens tantum mente, VII dies peniteat.

XXXVII. Legitimum coniugium non licet separari, nisi fuerit consensus amborum.

INCIPIT [55] IN CANONE APOSTOLORUM, ERA XLVIII [56].

Si quis legitimam uxorem dimiserit et acceperit aliam, illi tales cum christianis non manducent nec nullus cum eis communis sit sed excommunicati a christianis.

CANON NOUECAESARIENSE ERA I.

XXXVIIII. Si mulier a uiro suo discesserit et iterum reuersa fuerit, suscipiat eam sine dote, et ipsa I. anno in pane et aqua peniteat. Similiter et ille [57] si aliam duxerit.

40 cogerit] coierit cum *V.*
41 rapitur] atque *add V.*
42 aliquid] aliquem *V.*
43 sunt aliquis] adsunt aliqui *V.*
44 ministerium adimplere] mysterium implere *V.*
45 ministerii abstinere] mysterii abstinere ut arbitror *V.*
46 genua flectendo *om V.*
47 xv] xxv *V.*
48 peniteat] ieiunet *V.*
49 XXIIII ... canat] ps. XXIIII *V.*
50 quis] cum *add V.*
51 coit miscitur] si coitus scitur *V.*
52 si] quis *add V.*
53 propter] polluitur *V.*
54 ea] eum *V.*
55 Incipit *om V.*
56 XLVIII] XLIII *V.*
57 ille] vir *V.*

### Decretis pape Leonis [58]

XL. Si qua mulier ab hoste rapta infantem suum inuitum [59] siue que non potest stare aut nutrire, non est culpanda, sed tamen III diebus [60] peniteat.

XLI. Si quis cuius uxor hostis abstulerit et non potest ea redimere, licet eum aliam accipere. Si postea redierit, alium uirum accipiat illa. Sic et de seruuis transmarinis.

XLII. Si quis coitum fecerit die dominico, a Deo petat indulgenciam et tres dies peniteat [61]. Coitum, id est, coniunctionem [62] mariti et feminae.

### Canon nouecesariense era II.

XLIII. Si quis [63] duobus fratribus nupserit, secundum canones, usque ad exitum uitae suae peniteat.

XLIIII. Sacerdotibus non licet habere secum feminas, extra matrem aut sororem aut [64] auiam.

XLV. Si presbiter feminam pro desiderium osculauerit, XX dies peniteat; et si semen per osculum miserit, XL dies peniteat.

### De odio fratris

XLVI. Si quis odit fratrem suum quandiu non repellit odium a se tanto tempore cum [1] pane et aqua peniteat [2].

XLVII. Si quis falsitatem commiserit, VII annos peniteat, III [3] ex his in pane et aqua. Qui autem consenserit, V annos peniteat. Falsitatem est qui falsa proponit uel ueritatem [4] negat aut opera falsa perpetrat.

XLVIII. Si quis periurauerit, VII annos peniteat, III ex [5] his in pane et aqua; et numquam iuret. Si quis uero coactus, id est, uiolenter pro qualibet necessitate aut nesciens periurauerit, III annos peniteat, I ex his in pane et aqua.

XLVIIII. Si quis laicus cupiditatem periurauerit, totas res suas uendat[6] det pauperibus et tondatur in monasterio seruiat omnibus [7] diebus uitae suae.

L. Si quis alium ducat in periurium ignorante, VII annos peniteat. Qui uero suspicatur quod in periurio ducatur, et tamen iurat, II annos peniteat.

LI. Si quis iurauerit [8] in manu episcopi aut presbiteri uel diaconi aut

58 Leonis] hera XLII *add V.*
59 inuitum] proicit *add V.*
60 diebus] ebdomades *V.*
61 peniteat] Glossa *add V.*
62 coniunctionem ... feminae] coniunctis marito et femina *V.*
63 quis] cum *add V.*
64 aut auiam ] auiam suam *V.*
1 cum] in *V.*
2 peniteat *om V.*
3 III ex his *om V.*
4 ueritatem ... perpetrat] veritatem aut opere perpetrat *V.*
5 ex his *om V.*
6 uendat *om V.*
7 omnibus *om V.*
8 iurauerit ] periuraverit *V.*

in cruce sacrata, III [9] annos peniteat; et [10] si non est crux sacrata, I annum peniteat.

LII. Si quis cupidus aut auarus, superbus aut inuidiosus [11] aut ebriosus aut [12] fratrem suum hodio habuit uel alia his similia que dinumerare longum est, III peniteat [13] cum [14] pane et aqua.

### De usuris [15] niceni, era XVII

LIIII. Si quis autem usuras undecumque exigerit, III annos peniteat, unum ex his in pane et aqua.

LV. Si quis sacerdos usuras undecumque acceperit, secundum canonum aut [16] uitium dimittat aut deponatur.

### Canon [17] apostolorum, era XVIII.

LVI. Si clericus aut diaconus aut sacerdos [18] quascumque dationes exigerit, si [19] clericus est, annum unum peniteat, diaconus II, presbiter III annos peniteat.

### De furto

LVII. Si quis furtum capitale fecerit, id est, quadrupedia uel domum effregerit, aut quolibet meliorem praesidium furauerit, V annos peniteat, III ex his in pane et aqua. Qui uero de minoribus rebus furtum fecerit, III annos peniteat.

LVIII. Si quis cibum furauerit, XL die speniteat. Si postea annum I peniteat, et si infans fuerit annorum [1] VII dies peniteat. Si laicus semel furtum fecerit, reddat quod furauerit et III XLme cum [2] pane et aqua peniteat. Si sepius fecerit et non redderit, II annos peniteat in pane et aqua.

LVIIII. Si quis monasteria expoliant, III annos peniteat, I. ex his in pane et aqua, sine [3] uino et carne.

LX. Si quis per necessitatem [4] cibaria aut uestes siue quadrupedia furauerit, pro [5] fame uel nuditate, XL dies peniteat.

LXI. Si quis per potestatem aut quolibet ingenio res alienas malo ordine inuaserit aut tulerit, III annos peniteat; I ex his in pane et aqua et multas elemosinas faciat.

LXII. Si quis seruum aut quolibet hominem quocumque ingenio in captiuitatem duxerit, III annos peniteat in pane et aqua.

9 III] V *V.*
10 et si ... peniteat *om V.*
11 inuidiosus] inuidus *V.*
12 aut *om V.*
13 peniteat] I *add V.*
14 cum] in *V.*
15 usuris] in *add V.*
16 aut ... deponatur] deponatur *V.*
17 Canon ... XVIII *om V.*
18 sacerdos] presbyter *V.*
19 si clericus est] clericus *V.*
1 annorum *om V.*
2 cum ... peniteat] peniteat in pane et aqua *V.*
3 sine ... carne] et omnia quae subtraxit det egenis *V.*
4 necessitatem ... furauerit] furauerit c. a. v. s. q. *V.*
5 pro ... nuditate] propter famem vel nuditatem *V.*

LXIII. Si quis domum uel aream cuiuscumque ignem [6] cremauerit uoluntarie, VII annos peniteat [7] in pane et aqua.

LXIIII. Si quis sepulcrum [8] uiolauerit, V annos peniteat; II in pane et aqua.

LXV. Si quis laicus alium percusserit et sanguinem fuderit, XL dies peniteat in pane et aqua.

LXVI. Si quis quolibet membrum truncauerit uoluntarie [9], III annos peniteat, I ex his in pane et aqua.

LXVII. Si quis alios proterue arguit, lineat eos primum, et XXX psalmos canat. Qui peccatum pudendo [10] fratri intulerit, priusquam seorsum lineat [11] eum et III diebus peniteat [12]. Proterue, id est, inique, iniuste, proteruus, conuitiosus, inpotens, superbus [13]. Linit, placat, blandit, unxit.

LXVIII. Si puer paruus oppressus a maiore habens annos XX, VII diebus peniteat [14] si consentit XX dies peniteat.

LXVIIII. Si pueri se inuicem percusserint, VII die peniteant. Si autem maior [15] etatem fuerit, XL dies peniteat [16].

LXX. Si quis per rixam [17] deformat hominem reddat inpensam [18] in medicos et maculae precium et opus eius donec sanetur restituat, et dimidium [19] annum peniteat. Et si non habet unde restituat, integrum [20] annum peniteat. Et qui ictu dederit et non nocuerit, XL dies peniteat. Si autem [21] clericus est, medium annum peniteat.

LXXI. Si quis fratrem suum maledicit, placeat cui maledixit et VII dies in pane et aqua peniteat.

LXXII. Si quis contenciosus est alterius sentenciae se subdat; sin autem anathematizetur, ut a regno Dei alienus sit [22]. Anathematizatus, id est, perditus seu abhominabilis.

LXXIII. Si quis causam inuidie detrahit uel libenter audit detrahente, IIII [23] dies in pane et aqua peniteat. Si uero de his qui praeest, VII dies peniteat [24] separatus.

LXXIIII. Si [25] dilatus et dilator negauerit annum [26] simul peniteat [27] in ebdomada II dies in pane et aqua, biduana in fine cuius [28] mense faciat [29]. Delator id est, diabolus, uel criminator siue [30] accusator.

LXXV. Si quis uerbositatem diligens ut in fratre deroget, II dies ta-

6 ignem ... uoluntarie] uoluntare ... cremauerit *V.*
7 peniteat ... aqua] in pane et aqua peniteat *V.*
8 sepulcrum uiolauerit] sepulcri uiolator fuerit *V.*
9 uoluntarie] uoluntate *V.*
10 pudendo] pudendum *V.*
11 lineat] arguat *V.*
12 peniteat] Glossa *add V.*
13 superbus. Linit] superbe linit *V.*
14 peniteat] ieiunet et *V.*
15 maior etatem] maiore aetate *V.*
16 peniteat] Glossa: ictus percussus *add V.*
17 rixam] ictu *V.*
18 inpensam] impensas *V.*
19 dimidium annum] VI menses *V.*
20 integrum] unum *V.*
21 autem *om V.*
22 sit] Glossa *add V.*
23 IIII] III *V.*
24 peniteat separatus] separatus peniteat *V.*
25 Si] quis *add V.*
26 annum simul] unum annum *V.*
27 peniteat] et *add V.*
28 cuius] unius *V.*
29 faciat] Glossa *add V.*
30 siue accusator *om V.*

cens peniteat, aut XII psalmos canat[31]. Verbositas, id est, multa eloquia et inutilia; derogare, detrahere, uituperare.

LXXVI. Si quis per ignorantia qùis[32] mentitur, confiteatur ei cui mentitus est, et[33] taceat una hora aut canat XII[34] psalmos. Si uero per industriam mentitur, III diebus taceat aut cantet psalmos XXX et VI. Industria[35], id est, ingenium, cura, sollicitudine[36].

LXXVII. Si quis secundo et tercio idolis imolauerit per uim, IIII annos peniteat et II sine oblatio comunicet.

CANON ANCIRANO CAPITULIS III, IIII[37], V, VI, VII, VIII.

LXXVIII. Si quis a fidem Domini discesserit sine necessitate et postea conuersus fuerit, X annos peniteat, III ex[38] ex his extra ecclesiam.

LXXVIII. Si quis mathematicus fuerit, id est, per inuocationem demonum mentes hominum tùlerit aut devacantes fecerit, V annos peniteat in pane et aqùa[39]. Mathematicus dicimus incantatores qui demones inuocant et stabiles[40] eficit homines uel mentes euertit.

LXXX. Si quis simul edunt festiuitates in locis abhominandis more gentilium, II annos in pane[41].

LXXXI. Si quis manducat et bibit iuxta fana *(supra lin.:* templa), si per ignoranciam XL diebus peniteat et si iterum fecerit III XLme peniteat. Si uero per cultu demonum hoc fecerit, III annos peniteat[42]. Fanas dicimus templa idolorum esse[43].

CANON ANCIRANO ERA VII.

LXXXII. Si quis aliquis infans per ignoranciam gustauerit idolis immolatum aut morticinum aut aliquid abhominabile, III[1] ebdomadas peniteat.

LXXXIII. Si quis pro amore quis ùeneficus[2] et neminem perdiderit, si clericus est annum unum[3] peniteat in pane et aqua. Si diaconus, III annos peniteat[4], I ex his in pane et aqua. Si sacerdos, V, II ex[5] his in pane et aqua. Maxime si mulieris partum per hoc quis deciperit, V XLme ùnusquisque agat in pane et aqua, ne homicidii reus sit.

LXXXIIII. Si quis per ueneficio aliquem perdiderit, VII annos peniteat, III ex his in pane et aqua[6]. Veneficio, id est, maleficio quisque aùt uenenum aut herbas tribuit.

LXXXV. Si quis missor[7] tempestatum fuerit, VII annos peniteat.

LXXXVI. Si quis sacrilegium fecerit, id est, quod arùspisces uocant

[31] canat] Glossa *add V.*
[32] quis *om V.*
[33] et] aut *V.*
[34] XII psalmos] ps XII *V.*
[35] Industria ... sollicitudine *om V.*
[36] sollicitudine] De inmolatoribus *add V.*
[37] IIII *om V.*
[38] ex his *om V.*
[39] aqua] Glossa *add V.*
[40] stabiles] instabiles *V.*
[41] pane] et aqua peniteat *add V.*
[42] peniteat] Glossa *add V.*
[43] esse *om V.*
[1] III ebdomadas] ebdomadas III *V.*
[2] ueneficus] fuerit *add V.*
[3] unum] integrum *V.*
[4] peniteat *om V.*
[5] ex his *om V.*
[6] aqua] Glossa *add V.*
[7] missor] inmisor *V.*

aut per auguria colunt siue per aues aut quocumque malo, ingenio auguriauerit, tres annos peniteat cum [8] pane et aqua.

LXXXVII. Si quis per ariolos, quos diuinos [9] uocant, aliquas diuinationes fecerit, quia hoc demonium est, v annos peniteat, III ex [10] his in pane et aqua [11]. Sacrilegium, id est, sacrarum rerum furtum siue idolorum cultores uel ariolos.

CANON ANCIRANO ERA XVIII [12].

LXXXVIII. Si quis [13] in kalendas ianuarias. quod multi faciunt, quod [14] aduc de paganis resedit in ceruolum quod dicitur, aut iuuencula [15] uadit, III annos peniteat, quia hoc demonius est [16]. Ceruulos aut ueculas [17] *(sic)* sunt quod fiunt more paganorum ioca [18] turpia uel homines qui [19] se induunt in similitudine ferarum uel bestiarum imagine falsa.

LXXXVIIII. Si quis ligaturas fecerit per herbas uel qualibet ingenio malo incantauerit, et super christianos [20] ligauerit, scias [21] eum fidem Christi amisisse; III annos peniteat I in pane et aqua.

XC. Si qua mulier semen uiri sui in cibum miscens aut inlicitas causas fecerit ut inde plus eius amore suscipiat, III annos peniteat.

XCI. Si quis comederit et biberit quod intinctum fuerit a familiare bestia, quod est muriceps, III super inpositionibus sanetur [22]. Superinpositiones, id est, ieiunio legitimo superinpositiones [23], hoc est [24] ora sexta, hoc est una superinpositiones *(sic)*.

CANON CANGRENSE ERA XVI.

XCII. Si qua mulier infantem suum super tectum aut super fornacem ponit, et uult sanare eum, v annos peniteat.

XVIII. Si quis in farina aut in aliquo siccato cibo aut in pulmento aut [25] in lacte coagulato inueniuntur iste bestiole, quod circa illorum [26] corpora est proiciatur, reliquum uero sana sumatur fide.

XCIIII. Si quis dederit alicui liquorem in quo mus mortua fuerit, III superinpositionibus [27] peniteat; qui uero nouerit postea quod potu usus est, superinponatur [38].

XCV. Si autem aliquid quod decoloratum fuerit liquoris distribuitor, VI diebus ieiunet. Qui autem hoc inscius sumpsit, et postea scit, XV dies ieiunet [29].

8 cum] in *V.*
9 diuinos uocant, aliquos *om V.*
10 ex his *om V.*
11 aqua] Glossa *add V.*
12 XVIII] XXIII *V.*
13 quis] quod *add V.*
14 quod *om V.*
15 iuuencula] in uetula *V.*
16 est] Glossa *add V.*
17 ueculas] uetula *V.*
18 ioca turpia] iocatur quia *V.*
19 qui *om V.*
20 christianos] christianum *V.*
21 scias] sciat *V.*
22 sanetur] Glossa *add V.*
23 superinpositiones] superimponens *V.*
24 hoc est *om V.*
25 aut ... inueniuntur] coagulato aut in lacte *V.*
26 illorum *om V.*
27 superinpositionibus ] super positionibus *V.*
28 superinponatur ] superponatur *V.*
29 ieiunet] peniteat *V.*

XCVI. Si ceciderit [30] sorix in cibus *(sic)* si uiüa fuerit, tollatur, et aqua sancta spargatur; et si mortua ibi fuerit, omnis cibus deiciatur.

XCVII. Si quis sanguinem animalium manducauerit nesciens, aüt morticinum aut idolis immolatum, IIII dies peniteat cum [31] pane et aqua. Si autem scit, II annos sine carne et uino peniteat.

XCVIII. Si [32] aues in retibüs aut caetera animalia strangulantur, non licet comedere, uel si accipiter consumauerit, quia ita praeceptum est in Actibus apostolorum abstinere uos a suffocato et sanguine et ab idolis imolatum [33]. Pisces uero licet comedere, qüia alterius natura [34] est.

### De ebrietate

XCVIIII. Si quis [1] clericus aut sacerdos se inebriauerit, XL dies in pane et aqua peniteat, et [2] laicus VII dies peniteat.

C. Si presbiter per ebrietatem üomitum faciat [3] XL dies peniteat; si monachus est, XX dies peniteat.

CI. Si quis aut [4] superfluitatem uentris distencionem doloremque sacietatis sentit, I. die peniteat. Si autem ad uomitum sine infirmitate, VII dies peniteat.

CII. Si quis episcopus aut sacerdos [5] aut alicuius [6] ordinatus, si uitium ebrietatis in consüetudinem habet, aut desinat aut deponatur.

Canon apostolorum, era XLII [7].

CIII. Si quis alium cogit ut inebrietur humanitatis [8] gratia aequaliter peniteat; et si per hodio hoc fecerit, ut homicida iudicetur.

### De his qui ieiunare non possunt

CIIII. Si quis ieiunare non potest quando debet ieiunare, pro uno die in pane et aqua cantet cüm uenia psalmos L, et sine uenia, LXX.

CV. Si quis ieiunare non potest per hebdomadam in pane et aqua canat psalmos CCC ienuflectendo; sine genuaflectendo CCCXX [9]. Pro uno mense in

[30] Si ceciderit ... deiciatur] Si quis casu porci aut pulli manducaverint sanguinem hominis post unum annum manducentur et semen eorum non abiciatur. Si autem corpora hominum laceraverunt et occidantur et projiciantur c a n i b u s. Qui nesciens manducaverit ex ea IIII ebd. peniteat. Similiter et illa animalia cum quibus homines fornicantur, projiciantur foras, ut a bestiis et avibus devorentur, coria eorum tantum ad calciamenta sint. Qui christianus est cum pajano non debet nec edere nec bibere neque cum illorum vasculo. Si ceciderit ... deiciatur *V*.

[31] cum] in *V*.

[32] Si] autem *add V*.

[33] i m o l a t u m] inmolatis *V*.

[34] natura est] naturae sunt *V*.

[1] quis clericus] qui clerici *V*.

[2] et laicus] laicus vero *V*.

[3] faciat] fecerit *V*.

[4] aut] autem per *V*.

[5] sacerdos] presbiter *V*.

[6] alicuius] aliquis *V*.

[7] XLII] XLIII *V*.

[8] humanitatis ... aequaliter] taliter *V*.

[9] CCCXX] CCCCXX *V*.

pane et aqua [10] cum uenia psalmos mille CC, sine uenia mille DCIIII, et VI feria ieiunet usque ad nonam.

CANON GANGRENSE, ERA XVIII [11].

CVI. Si quis contempserti in dicto ieiunio in ecclesia XL [12] peniteat. Si autem in XLma hoc fecerit, annum integrum peniteat; et si consuetudo fuerit ei, ab ecclesia separetur.

CVII. Si quis ante hora legitima, non necessitate [13] sed gule obtentu prandere, II dies in pane et aqua paeniteat.

CANON CANGRENSE, ERA XVIII [14].

CVIII. Si quis in die dominico per neglegentiam ieiunauerit aut opera fecerit aut se balneauerit, VII dies peniteat. Si per dampnatione die dominica hoc faciat, abhominabitur ab ecclesia catholica sicut iudeus.

CVIIII. Si quis ieiunare non potest et psalmos nescit, per die det denarium [15] I, et si non habet precium, det cibum quantum sumit tantum porrigat; pro uno anno in pane et aqua [16] det solidos XXVI.

CX. Si quis mercedem acceperit [17] et ieiunauerit, si per ignoranciam hoc fecerit, ieiunet pro se tantum quantum se [18] promisit pro illo ieiunare; et quod acceperit [19], det pauperibus; et qui aliena peccata super se suscipit [20] non est dignus nominari christianus.

DE SORTE SANCTORUM

CXI. Si quis sorte sanctorum quas contra rationem uocant, uel alias sortes habuerit uel qualecumque [1] alium malum [2] ingenium sortitus fuerit uel ueneraüerit, III annos peniteat. Qui [3] ibidem ederit aut biberit, annum integrum peniteat in pane et aqua [4]. Sortes sanctorum sunt quas in sinu uel in genium [5] mittuntur pro qualecumque causa, siue pro bona siue pro mala que [6] ueniunt.

CXII. Si quis uel si qua uirginitate promittat [7] postea adiungitur uxori, non dimittat eam, sed frangenda sunt uota stulta et III annos in pane et aqua paeniteat.

CXIII. Si quis ad arbores [8] uel ad fontes aut cancellos [9] ubicumque, excepto in ecclesia uotum uouerit aut soluerit, III annos in pane et aqua peniteat, quia et hoc sacrilegium uel daemonium est [10].

10 aqua] canat *V.*
11 XVLII] XVIIII *V.*
12 XL] dies *add V.*
13 necessitate] infirmitatis *add V.*
14 XVIII] XVII *add V.*
15 denarium... det *om V.*
16 aqua] et *add V.*
17 acceperit] accepit *V.*
18 se ... illo] promisit illi *V.*
19 acceperit] accepit *V.*
20 suscipit] susceperit *V.*
1 qualecumque *V.*
2 malum *om V.*
3 qui ibidem ... aqua *om V.*
4 aqua] Glossa *add V.*
5 genium] gremium *V.*
6 que] quo *V.*
7 promittat] promittit *V.*
8 arbores] arborem *V.*
9 cancellos] ad cancellos uel *V.*
10 est] sui ibidem ederit aut biberit, annum integrum in pane et aqua peniteat *add V.*

CXIIII. Si quis clericus postquam se Deo uouerit[11] et[12] ad secularem habitum, sicut canis ad uomitum, reuersus fuerit uel uxorem duxerit, x annos ambo[13] peniteant, III ex his in pane et aqua, et numquam postea in coniugio copuletur. Quod si noluerit, sancta synodus uel Sedis Apostolica separabit eos a communionem et a conuiuio omnium catholicorum. Similiter et mulier postquam se Deo uouit, si tale scelus ammiserit[14] *(sic)*, pari sentencia subiacebit.

CXV. Mulieri non est licitum uotum uouere sine licencia uiri sui; sed si uouerit, dimitti potest.

CXVI. Si quis monachus obedienciam in monasterio promittit, non liceat ei uotum uouere sine licencia abbatis sui, si uouerit, sic dimitendus est si iusserit abbas.

CXVII. Si quis abbatis excusatione praetendit, si ignorat regulam, I diem peniteat; si uero agnoscit superponatur[15]. Qui autem de industria cuicumque seniori flecti denegatur[16] *(sic)*, cena careat[17]. Industria, hoc est ingenium[18].

CXVIIII. Si quis aliquid de ministerio sanctae ecclesiae uel qualecumque opus qualibet modo fraudauerit uel[19] neglexerit, VII annos peniteat, III ex his[20] in pane et aqua; et sic reconcilietur.

CXX. Si quis eucharistiam, id est, communionem corporis aut sanguinis[21] Domini neglexerit aut exinde perdiderit annum integrum in pane et aqua peniteat. Si per ebrietatem aut uoracitatem illum uomerit, III XLme paeniteat. Si per infirmitatem, VII dies[22] Si in ignem mittit talem uomitum, centum psalmos canat. Si uero canes lambuerit, C dies peniteat.

CXXI. Si quis manducat et postea communicat, VII dies peniteat. Si quis non custodierit sacrificium et mus comederit illum, XL dies peniteat. Qui autem perdiderit illum[23] et caeciderit et non fuerit inuentum, XL dies peniteat.

CXXII. Si quis perfuderit aliquid de calice super altare quando offertur linteamen[24], VII dies paeniteat. Et qui infundit calicem in finem sollempnitatis missae, XL dies paeniteat.

CXXIII. Si cum amissione saporis decoloratur sacrificium, XX dies[25] peniteat. Conglutinatum uero, VII dies peniteat; et qui merserit sacrificium continuo bibat aqua que in crismale[26] fuerit, sumatque sacrificium, et pro culpa cantet X psalmos.

CXXIIII. Si quis neglegencia erga sacrificium fecerit, et siccans uermes consumant ut ad nihilum deueniat, III XLme in pane et aque peniteat[27].

11 uouerit] uovit *V.*
12 et] iter um *V.*
13 ambo *om V.*
14 ammiserit] commiserit *V.*
15 superponatur] supponetur *V.*
16 denegatur] dedignatur *V.*
17 careat] Glossa *add V.*
18 ingenium] De ministerio sanctae Ecclesiae *add V.*
19 uel] est *V.*
20 ex his *om V.*
21 aut sanguinis *om V.*
22 dies ... peniteat] peniteat *V.*
23 illum *om V.*
24 offertur linteamen] eufertur linteum *V.*
25 dies peniteat] diebus *V.*
26 crismale] crismate *V.*
27 peniteat *om V.*

Et si uermes[28] in eo inuenti fuerint, conburatur et cinis eius sub altari abscondatur.

CXXV. Si caeciderit sacrificum de manu offerentis in terram, et non fuerit inuentum, quocumque in loco inuentum fuerit ubi caeciderat comburatur, et cinis abscondatur. Sacerdos uero medium annum dampnetur[29]. Si uero inuentum fuerit sacrificium, locus mundetur et supra ignetur, sacerdos xx dies peniteat.

CXXVI. Si quis uero de calice per neglegencia stillauerit in terra igne sumatur et L dies peniteat. Si super altare stillauerit calix sorbeat minister stillam et linteamina que[30] tetigerit stilla tribus uicibus lauet, calices subtus positum, et ipsa aqua[31] bibat, et III dies peniteat.

CXXVII. Secundum canones paenitentes non debent communicare ante completam penitentiam. Nos autem pro misericordia post annum uel post VI menses licenciam damus communicandi[32].

CXXVIII. Si quis sacerdos penitentiam sibi querenti abnegat, reus erit animarum.

CXXVIIII. Non licet mulieribus sindone nec oblationem[33] nec calicem ponere super altare[34] neque in conuiuio inter sacerdotes sedere.

CXXX. Laicus non debet in ecclesia lectionem recitare nec alleluia cantare; sed psalmos et responsoria sine alleluia.

CXXXI. Lauacrum capitis in die dominico potest esse si necesse est; balneum non licet fieri. Hi qui[35] comam suam inciderit propter mortem filiorum aut parentum, aut faciem suam liniauerit[36] cum ungulis aut cum ferro, XXXVII[37] dies peniteat.

CXXXIII. Decimae non sunt legitimae dare nisi pauperibus et peregrinis, nec non cogitur presbiteris decimas dare.

CXXXIIII. Si quis bigamus est, I anno peniteat; si trigamus est, V annos peniteat[38]. Bigamus est qui duas habet uxores.

CXXXV. Si quis solus cum sola loquitur uel[39] sub eodem tecto manet, cenam careat. Si uero prius[40] interdictum fuerit, XL diebus in pane et aqua peniteat.

CXXXVI. Secundum romanos nomina mortuorum die dominico[41] non recitantur.

CXXXVII. Si quis clericus a diabolo uexatur, non permittatis eum ministrare ministerium clericorum. Si autem misericordia Dei per ieiunium mundatus fuerit, post X annos suscipiatur ad offitium clericorum.

CXXXVIII. Si quis de preda aduxerit ad ecclesiam in elemosina an-

28 vermes ... inuenti] vermis ... inuentus *V*.
29 dampnetur] peniteat *V*.
30 linteamina que] linteamen quem *V*.
31 ipsa aqua] ipsam quam *V*.
32 communicandi] communicare *V*.
33 nec oblationem *om V*.
34 ponere super altare] s. a. p. *V*.
35 Hi qui] Si quis *V*.
36 liniauerit] laniauerit *V*.
37 XXXVII] XXVI *V*.
38 peniteat] Glossa *add V*.
39 uel *om V*.
40 prius] post *V*.
41 nomina mortuorum die dominico] d. d. n. m. *V*.

tequam ille paenitentiam agat, non suscipiantur munus ab his qui operantur iniquitatem.

CXXXVIIII. Si quis uenatione quascumque exercuerit[42], si clericus est I anno peniteat, diaconus[43] II, presbiter III annos peniteat.

CXL. Si quis comederit corporis sui scabiem[44] aut peduculum aut bibens urinam suam aut stercora comederit, cum manus impositiones episcopi[45] annum I cum pane et aqua[46]. Benedicens episcopum infantem uicem baptismi.

CXLI. Si quis paenitenciam habuerit abstineat se ab uxore sua III dies ante communionem et VI[47] in XLma, III feria et VI feria et die dominico.

Discant igitur sacerdotes Domini, qui ecclesiis praesunt quia pars ei data est cum his quorum delicta repropiciare debentur. Nisi cum assumpserit peccatorem monendo, orando, docendo, instruendo, adduxeris eum ad paenitenciam ab errore correxeris a uiciis emundaberis et efficeris cum talem ut eum conuerso pocius ei Deus pro delicto repropiciasse dicens: Cum ergo talis sis sacerdos et talis sit doctrina tua et sermo tuus, pars tibi datur eorum quos correxeris ut eorum merita tua sit *(sic)*.

Legimus in penitenciale pro criminalibus culpis annum I uel II aut III penitentiam agere in pane et aqua; uel pro aliis minutis culpis mense I aut ebdomada I. Simili modo aut aput aliquos haec causa ardua uel difficile est. Et ideo qui ita non potest facere, consilium damus ut psalmos uel oratores et elemosinas cum aliquos dies in penitentiam pro hoc esse debeat. Et qui potest implere quod in penitenciale scriptum est, bonum est. Et hoc ordo est quod superius diximus, quod facere debeat, id est, psalmodia pro penitencia. Quando in uno anno in pane et aqua penitere debet, donet in elemosinas solidos XX et VII, et uno die ieiunet usque ad nonam et alium usque ad uesperum et III XLmas. De quantum sumit penset tribuat medietatem in elemosinam. In secundo anno remissio erit paenitenciae. De Natale Domini usque Epiphanie et de Pascha usque ad Pentecosten. Et qui non potest agere penitentiam sicut superius diximus, in primo eroget in elemosina solidos XXVII; in secundo, solidos XX; in tercio anno solidos X et VIII.

Et de potente quomodo se redimat, de criminalibus culpis recurrit ad evangelium sicut Zacheus Domino dixit: Domine, omnium dimidium bonorum meorum do pauperibus; et si alicui aliquid iniuste abstuli quadruplum restituam. Et a Domino meruit audire: Quia hodie salus domui huc *(sic)* aduenit. Hoc est, remissio peccatorum suorum. Forsitan in praesenti non sit cui aliquid iniustum abstulit, aut non possit animum eius sicut euangelium dixit facere medietatem donet. Consideratis hoc quantum ipse est pensetur in argentum eroget in elemosinam. Et tercio tantum quantum ualet ipsum argentum aut de mancipiis dimittas liberos aut captiuos redime et homini iniquo iniuste egerit ab illo die non repetat. Et ex quo desinit peccare non desinat corpus et sanguinem communicare. Sciat se illa sentencia adiungi quod Za-

42 exercuerit] exegerit *V.*
43 diaconus] subdiaconus *V.*
44 scabiem] scabilem *V.*
45 episcopi *om V.*
46 aqua] peniteat *add V.*
47 VI ... feria] III post eam et XL et feria VI *V.*

cheus meruit. Et illud non est dimittendum quod apostolus ait: Qui per corpus peccat, per corpus emendet; hoc est ieiuniis, uigiliis, orationibus, adeoque scriptum est: Nemini dantes ullam offensionem ut non uituperetur ministerium nostrum. Sed in omnibus exibeamus nos sicut Dei ministros.

Legitur quia Christus ieiunauit qùin ullum peccatum comiserit. Similiter et apostoli, post donum Spiritus Sancti. Igitur eorum nos debemos imitatores esse quorum uolumus participes esse regni caelestis. Propterea oportet nos super his aliquid agere de expenso, id est, ieiuniis in ùnaqueque ebdomada, IIIIta et VIta feria, uino uel epularibus cibis, id est, a carne abstinere. Similiter et de continencia coniugis suae abstineat se ab his diebus, iuxta quod in canones sancti constituerunt, id est, dominico et sollempnitatibus et legitimis XLmis III in anno uel quarta feria. Sciens scriptùm qui plus laboret plus mercedem accipiet.

### Incipit reconciliatio ad penitentem

Quinta feria Paschae in primis dicis psalmum Lmum cum antiphona: Cor mùndum crea in me, Deus. Et postea communicet.

Deus humani generis benignissime conditor et misericordissime reformator, qui in reconciliatione lapsorum, etiam ego qùi misericordiam tuam primus indigeo seruire affectibus gratiae tuae per ministerium sacerdotale uoluisti, ut cessante merito suplicum miserabilior fieret clementia redemptoris. Deus, qui hominem inuidia diaboli ab eternitate deiectum unici tùi sanguine redemisti, uiuifica quos mori non uis et quos non derelinquis de hac assumere corrupcione, moueat pietatem tuam fletus iste miserorùm tuorum medere uulneribus. Tu benignam iacentibus manum porrige ne ecclesia tua tui corporis temeritur (?) ne grex tuus detrimentum sùstineat, ne familiae tuae damno exultet inimicus, ne renato lauacris salutaribus animas mors secùnda possideat. Tibi ergo humiliamus, tibi suplices sumus, tibi flectùs cordis offerimus. Tu parce confessis ut inminentes penas futurique iudicii senteciam te miserante non incidant; sed gaudeant se paterno receptos esse conuiuio. Nihil de hereditatis sorte perdiderint, integrum sit eis atqùe perpetuum quod gratia tua contulit et quod premia reformauit. Per.

### Alia reconciliacio

Maiestatem tuam quaesumus Domine sanctae, Pater omnipotens Deus, qui per Ihesum Christùm Filium tuum Dominum nostrum, supplices exoramus, qui non mortem sed peccatorum uitam semper inquiris, respice flentem famulum tuum il. Adtende prostratum eiusque planctum in gaudio tuae miserationis conuerte. Scinde delictorùm saccum, indue eum laeticiam salutare post longam peregrinationis famem de sacrosancti altaribs sacietur. Ingressusque cubiculum regis ipsius et aulam perpetuam benedictam nomen gloriae Ihesu Christi Filii tui Domini nostri et Spiritus Sancti paracliti in aeterna saecula saeculorum. Amen.

Alia

Exaudi nos, Domine Deus noster et praesta per manus impositionis nostrae descendat super hunc famulum tuum il. miserationibus tuae auxilium qui omnibus lapsis ueniam libenter indulgis, et satisfactionibus contemptus ad te plecteris reuertente, da ei communionem recepte gratiae referat deserendo hostem uictoriam diuino caeleste pane sacietur.

Reconciliato penitentis ad mortem

Deus misericors, Deus clemens, qui secundum multitudinem miserationum tuarum peccata paenitencium deles et praeteritorum criminum culpas ueniam remissionis euacuas: rescipe super hunc famulum tuum il. et remissione sibi omnium peccatorum tota cordis confessione poscente deprecatus exaudi. Renoua in eo piisime pater quicquid in terrena fragilitate corruptum est uel quicquid diabolica fraude uiolatum est, in unitatem corporis ecclesiae tuae membrum perfecta remissione restitue. Miserere Domine gemitum, miserere lacrimarum et non habentem fiduciam nisi in tua misericordia ad sacramentum reconciliationis ammitte. Per Dominum.

Alia

Maiestatem tuam, Domine, suplices deprecamur ut hunc famulum tuum longo squalore paenitenciae macerato, miserationis tuae ueniam largire digneris ut nupciali ueste recepta, ad regalem mensam unde eiectus fuerat, mereatur intrare. Per Dominum.

Deus aput quem omnia moriencia uiuunt, cui non pereunt moriendo corpora nostra, sed mutatur in melius: te suplices deprecamur ut suscipi iubeas animam famuli tui il. per manus sanctorum angelorum deducendam in sinu amici tui patriarche Habrahe, resuscitandam in nouissimo magni iudicii diem et si quid de regione mortali contrarium contraxit fallente diabolo tuae pietatis ablue indulgendo. Per.

Regnante in perpetuo Domino nostro Ihesu Christo.

José MADOZ, S. J.